ſona epõꝝ ⁊ ſacerdotũ ſacr̃a miniſtrã
tiũ ⁊ loquẽtiũ ad ſubditos: ſubiũgit̃
Benediximᵘ nos ſacerdotes. vo/
bis o ſubditi. de domo dñi. i. de ec
cleſia de qua ſumuntur baptiſm⁹: eu/
chariſtia ⁊ alia ſacr̃a Jn q̃b⁹ bñdictio
id ẽ augmentũ gr̃e dat̃ Sʒ qꝛ iſta be
nedictio nõ eſt a ſacerdotib⁹ licʒ per
eos miniſtret̃ Jdeo ſbiũgit. de⁹ dñs.
i. xp̃s Caſſ. Acſi dicat Jmmo ñ nos
ſʒ de⁹ dñs bñdixit. ⁊ illuxit nobis.
itã maioꝛib⁹ q̃ꝫ minoꝛib⁹ grãm ſue be
nedictõis infundendo Ni. et ſpũm
ſanctũ ↄferendo: ad intelligendũ ſcri/
pturas Et qꝛ eadẽ poteſtas remanet
in rectoꝛibus eccl̃ie Jdeo ad eos ſer
mo dirigit̃. cũ ſubinfert Conſtituite

diē ſolennē.i.dies ſolennes natiui/
tatis ⁊ reſurrectiōis chri.⁊ ꝯſimiles
q̄ ꝯſtituti ſunt p eccīaꝫ in ꝯdēſis.i.
vt popul⁹ fidelis ꝯueniat ad eccīam
in denſitate plebis Trāſlatio hebra
ica habꝫ in ꝯgregatōib⁹ Et trāſlatio
romana habꝫ:in ꝯfreq̄ntatiōib⁹:vi/
delꝫ populi chriſtiani vſqꝫ ad cornu
altaris.ita ꝙ eccīa impleat populo ⁊
clero Gre.ix.moraliū Moralit autē
ſolennē diē dn̄o in freq̄ntatione ꝯſti
tuit:q̄ ſe aſſidue in ei⁹ deſiderio affli/
git Qui nimirū ſolennitatis dies vſ/
qꝫ ad altaris cornu precipit tendi:q2
tā diu neceſſe eſt vt q̄ſquis ſe afficiat.
q̄uſqꝫ ad ſupni ſacrificij altitudinē.i.
ad gaudia ꝑtingat eterna Au. Ubi
nihil aliud dicem⁹ niſi Deus meus
es tu. Ni.dn̄e ieſu chriſte ꝯfitebor
tibi ꝯfeſſione laudis De⁹ me⁹ es tu
et exaltabo te.tua magnalia laudan/
do ⁊ enarrādo. In eccīa ſolet fieri ta
lis ꝯfeſſio:⁊ narratio in p̄dicationib⁹
Confitebor tibi dn̄e. vox eſt eccīe
deū laudātis qm̄ exaudiſti me. dep/
cantē deuote et fact⁹ es mihi in ſalu
tē ꝯfitendo grām in p̄ſenti ⁊ gloriā
in futuro Propter qd̄ inuitant oēs
generalit ad laudē dei:cū ſubinfert
Confitemini dn̄o qm̄ bon⁹ qm̄ i ſe/
culū mia ei⁹. Sicut incipit hūc pſal/
mū:ſic et finit:vt ab initio credulita/
tis noſtre vſqꝫ ad finē vite fiduciam
i dn̄i mia habeam⁹:⁊ ei⁹ laudes ꝑſeue
ranter ꝯfiteamur Gre.ſup euāgeliū
xv. Penſate chariſſimi mīam ꝯdito
ris noſtri Peccare nos videt ⁊ ꝑtu/
lit:q̄ nos ante culpā peccare ꝓhibu/
it:et poſt culpā expectare ad veniam
nō deſiſtit Ecce a nobis ꝯtēpt⁹ eſt.⁊
tn̄ nos nō ceſſat adhuc ſuperbe auer
ſos benigne reuocare Et quia ferire
nos aduerſantes potuit.vt reuerta/
mur:munera ꝓmittit Habete ergo fi
duciā frēs mei de mia ſaluatoris nr̄i
Cogitate q̄ facitis: recogitate q̄ feci/
ſtis:clementiā ſupne pietatis aſpicite
et ad miſericordē iudicē (dum adhuc
expectat) cū lachrymis venite Et ſic
portas iuſticie ei⁹ itrare toto cordis
affectu ſtudete Cōſiderantes vero ꝙ
iuſt⁹ ſit:pctā veſtra nolite negligē Et
ſcientes ꝙ pius ſit:nolite deſperare.
Prebꝫ nanqꝫ apud deū hoīb⁹ fiduci
am ꝙ de⁹ eſt hō q̄ eſt nobis ſpes ma/
gna:q2 aduocat⁹ nr̄ fact⁹ eſt iudex nr̄.
dn̄s ieſus chriſt⁹ cui cuꝫ patre ⁊ ſpū/
ſancto ē honor et gloria in ſe.ſe. Am̄.

# Beati imacula-

ti. Titul⁹ Aleph Ambro.
Hoc eſt laus dei In his ei vere lau
dat de⁹:in qb⁹ eſt pctōꝝ remiſſio Ni.
Eſt aūt iſte p̄s.alphabetic⁹ in vigin/
ti duob⁹ capitulis diſtinct⁹. Et q̄dli/
bet capitulū ꝯtinet octo verſus: ⁊ in
p̄ncipio cuiuſlibꝫ capituli p̄ponit pri
ma lr̄a hebraica ſcꝫ Aleph:⁊ ſcd̄o p̄/
ponit ſcd̄a littera ſcilꝫ Beth Et ſic
ꝯſeq̄nt p ordinē de alijs Et q2 trāſla
tor nō potuit trāſferre:ſic ꝙ oēs ver
ſus p̄mi octonarij inciperent ab a:q̄
eſt p̄ma littera alphabeti latini Ideo
p̄mo octonario p̄poſuit Aleph ad ſi/
gnandū ꝙ oēs verſus illi⁹ octonarij
p aleph incipiūt in hebreo Currebat
aūt tūc q̄dā mod⁹ ſpēalis verſificādi
ſm ordinē lr̄arū alphabeti ſicut apud
nos in illo hymno A ſolis ort⁹ car/
dine.in quo verſus incipiūt ordinate
p lr̄as alphabeti latini.incipiendo ab
a:vſqꝫ ad g:incluſiue vt patꝫ intuēti
illū hymnū In quo verſus octo ſuc/
ceſſiue incipiūt a q̄libꝫ littera Et ꝙ
in hoc pſalmo octo verſus ſꝑ icipiūt
a q̄libꝫ littera:nō video aliquā ſigni
ficationē niſi modū verſificandi ſpe/
cialē:loq̄ndo de ſenſu litterali Du.
Spūalit aūt docemur p hanc p̄poſi/
tionē nos eſſe in ſchola chriſti:cū in

ſcripturis preſentis pſalmi diſcimus
vſum ſcē viuēdi Ambro. vt quēad
modū paruuloꝝ ingenia pmis lrarū
elemētis aſſueſcūt aſſumere vſuꝫ di/
ſcēdi Ita etiam nos elemētis hmōi
vſum diſcam⁹ viuēdi Litteris āt ſin
gulis octonos verſus aſcripſit Hu.
ſignificans ꝙ oīa ad vnū deū tēdūt
q̄ oīa regit: ⁊ ꝙ pfecta purgatio erit
ī octaua reſurrectōe Caſ. Eſt eī iſte
pˢ. altiſſim⁹ ꝓfunditate ſenſus: ī quo
velut in apotheca omniū virtutū mo
ralis doctrina tota reſplēdet: q̄ tali/
is pſalmis particulatim relucꝫ Hu.
Nā facile qs verſicul⁹ nō inueniť in
q̄ nō aut vias: aut mādata: aut iuſtifi
catōes: aut eloq̄a dn̄i habeas: aut ali/
q̄d tale qđ eq̄pollēter valeat Au. ab
exordio q̄ppe ſuo pſalm⁹ iſte hortatur
nos ad beatitudinē Beatū q̄ppe eſſe
tā magnū bonū eſt. vt hoc ⁊ boni ve
lint ⁊ mali Nec mirū ē ꝙ boni ꝓpte
rea ſunt boni vt ſint beati: ſꝫ illud eſt
mirū ꝙ etiā mali ꝓpterea ſint mali vt
ſint beati Nā q̄ſquis libidini dedit⁹:
luxuria: ſtupris: corrūpiť In hoc ma
lo beatitudinē q̄rit. ⁊ ſe miſerum pu
tat: cū ad ſue ꝯcupiſcētie voluptates
letitias qꝫ nō ꝑuenit: beatuꝫ ſe vero
q̄ſi nō dubitat iactare cū miſer ad ta/
lia facta ꝑuenit Et q̄ſqꝫ auaricie faci/
b⁹ inardeſcit: ad hōc ꝯgregat q̄cunqꝫ
mō diuitias vt beat⁹ ſit Inimicoruꝫ
ſanguinē fundere q̄cūqꝫ deſiderat: do
minationē q̄ſqꝫ affectat: crudelitateꝫ
ſuā q̄ſqꝫ alienis cladib⁹ paſcit: in oīb⁹
ſcelerib⁹ beatitudinē q̄rit Hos igiť
errātes ⁊ vera miſeria falſam beatitu
dinē req̄rentes reuocat ad verā bea/
titudinē Ni. Que dupliciť habetur
vno mō in re: et ſic habeť tm̄ in pr̄ia
Alio mō in ſpe: ⁊ ſic habeť in via p
bonoꝝ operū merita: ſicut dicit ph̄s
p⁹. eth̄. de felicitate politica q̄ ꝯſiſtit ī
vſu virtutū Pueros beatificam⁹ in
ſpe: qꝛ adhuc nō opanť virtuoſe: ſꝫ ꝙ
videtur bone indolis: ⁊ apti ad ha/
bendū v̄tutes politicas tpe ꝓcedēte
Igiť de beatitudine q̄ habeť in via
loquiť pſalmus iſte q̄ ꝯſiſtit in pfecti
one vite actiue ⁊ cōtemplatiue. vita
vero actiua precedit ꝯtēplatiuā: quia
mens nō pt eleuari libere in ꝯtēplati
one veritatis: niſi paſſiones appetit⁹
ſenſitiui fuerint moderate p exerciti/
um moralis virtutis qđ pertinet ad
vitā actiuā Unde dicit Gre. xi. mo
raliū Dū aliqui ꝯtemplatōis arcem
deſiderāt tenere prius ſe in campo p
exercitiū boni opis probent. vt ſoli/
cite ſciāt ſi nulla iam mala ꝓximis ir
rogant: ſi mala ſibi irrogata ab alijs
eq̄nimiter portent: ſi obtentis bonis
tpalibus nequaq̄ mēs letitia ſoluiť:
ſi ſubtractis non nimio dolore ſautia
tur Hu. Cū itaqꝫ oēs tam boni q̄
mali: vt dictū eſt velint eſſe beati: tm̄
qꝛ q̄dam viaꝫ q̄ itur ad beatitudinem
ignorāt. Ideo in pſona omniū fideli
um loq̄ns: q̄ ſit ad illā vera via diffi/
nit dicens

Beati immaculati. i. carentes ma
cula mortalis pcti in via. preſentis
vite q̄ ambulāt in lege dn̄i. ei⁹ man
mandata ope adimplendo: qꝛ nō ſuf/
ficit declinare a malo: ſed cū hoc req̄/
ritur opari bonū Propter qđ dicit
Grego. omelia xxxij. Min⁹ eſt mala
nō agere: niſi etiā quiſqꝫ ſtudeat bo/
nis opib⁹ inſudare Poſtq̄ oſtendit
pfectionē vite actiue: poſtea oſtendit
pfectionē vite ꝯtemplatiue di. Bea
ti q̄ ſcrutantur teſtimonia ei⁹. i. elo/
quia diuina p ꝓphetas nobis tradita
que ſunt miraculis tanq̄ diuinis te/
ſtimonijs ꝯfirmata. ſicut Marci vlť.
dicit: dn̄o cooperante ⁊ ſermonē ꝯfir
mante ſequētib⁹ ſignis in toto corde
exquirunt eū videlꝫ intellectu ⁊ af/
fectu Differt enī ꝯtemplatio ſcōrum

a ꝯtēplatōe pḃoꝝ Cōtēplatio pḃoꝝ
eſt ꝓpter pfectōem pſone ꝯtēplantis
et ideo ꝯſiſtit in intellectu. Sꝫ ꝯtem
platio ſcōꝝ q̄ eſt ꝯtēplatio theologi/
ca:eſt ꝓpter amorē ipſi⁹ ꝯtēplati:ſcilꝫ
dei:ꝛ ideo nō ꝯſiſtit in intellectu per
cognitionē:ſed trāſit ad affectuꝫ per
amorē dei tanq̄ pncipalit̄ intentum
Caſ. Et vide ordinē ſcē veracis q̄
doctrine Pri⁹ dicit beatos eē q̄ am/
bulāt in lege dn̄i.deinde q̄ ſcrutant̄ ſa
craꝝ teſtionia lr̄aꝝ.q꜡ n̄ eſt digni⁹ iſta
perquirere:niſi qui ſe ꝓbabili actione
cognoſcit̄ tractare Cōſeq̄nt̄ oſtendit̄
q̄ a predicta pfectōe excludunt̄.ſcꝫ de
linq̄ntes:qđ notat̄ cū dicit Non eni
q̄ opant̄ iniq̄tatē:in vijs ei⁹ ambula/
uerūt.i.q̄ opatiōib⁹ pctōꝝ nefanda
delectatōe ꝯſentiunt:hi mādatis dn̄i
nō obediūt.de q̄b⁹ ſbdit̄ Tu māda/
ſti mādata tua cuſtodiri nimis Ni.
id eſt cum magna diligentia ꝛ ſolici/
tudine quā nō habent negligētes. et
ꝑ ꝯſeq̄ns carent impletiōe mādatoꝝ
dīnoꝝ Quoꝝ aliq̄ ꝑtinent ad charita
tē ꝓximi:aliq̄ ad cōtēplationē q̄ dire
cte ꝑtinent ad amorē dei Cōſeq̄nt̄
ſubdit̄ de beatitudinis appetitu: cum
dicit̄ in pſona toti⁹ eccīe Utinā diri
gant̄ vie mee.i.ꝓceſſus cogitationū
et operū ad cuſtodiēdas iuſtificatio
nes tuas.i.mādata tua ad vitā acti/
uā ꝛ ad ꝯtēplatiuā ꝑtinētia: q̄ ꝯtinēt
iuſticiā pfectā Hu. Nō poſſunt aūt
cuſtodiri iuſtificatōes:niſi p̄ ocul' ha
beant̄.vn̄ ſbdit̄ Tunc n̄ ꝯfūdar de
nō cuſtoditis iuſtificatiōib⁹ cū pſpe
xero.i.pfecte inſpexero in oīb⁹ mā
datis tuis ſupple cognoſcēdis. Un̄
Jaco.i. Qui pſpexerit in legē pfectā
ꝛ ꝑmāſerit nō auditor obliuioſus fa/
ctus:ſꝫ factor opis:hic beat⁹ in facto
ſuo erit. Tales ergo laudant̄ a quoꝝ
ꝯſpectu mādata domini nō recedunt
Ambro. Ergo ne ꝯfundamur:cuſto
diam⁹ oīa dn̄i mādata . Nā ſi q̄s vnū
mādatū dn̄i cuſtodiat ꝛ aliud preuari
cet̄:nihil ei ꝓdeſt Cuſtodiuit ſe ali/
q̄s a ſanguine.ꝛ non cuſtodiuit ſe ab
adulterio:vtiq̄ꝫ in vno ꝯuict⁹ punit̄
Etiā in legib⁹ ſecularib⁹:nec prodeſt
ei alteri⁹ criminis abſtinētia.ſi in al/
tero fuerit deprehenſus Ni. Et q꜡
ad cuſtodiendū mādata dn̄i requirit̄
illuſtratio ꝛ directio dei:ideo ſubdit̄.
Confitebor tibi .i.laudabo te pre
dicādo ꝛ legēdo .i. directōe cordis
ita ꝙ directio cordis mei ad intelligē
dū pdicta ſit a te Glo: Quia ei feci/
ſti cor directū:ideo te laudabo in co
ꝙ didici a ſcīs patrib⁹ iudicia iuſti
cie tue qb⁹ nunc ꝛ in futuro iudicat̄
mūdus Au. Nunq̄d mihi ꝓderit ꝙ
ita didicerim.ſi corde ꝑuerſo vias ha
beo prauas?nō eni letabor in eis: ſed
accuſabor ab eis.ꝛ idcirco Iuſtifica
tōes tuas Ni.i.mādata tua cuſto
diā ope adimplēdo Et q꜡ ad hoc re
quirit̄ aſſiſtentia diuine gratie q̄ facit
op⁹ meritoriū. Ideo ſubdit̄ nō me
derelinq̄s vſquequaq̄ꝫ q̄ſi diceret Si
me ad momentū dimiſeris: nō pote/
ro cuſtodire mandata tua.

## IN quo corrigit ad
## oleſcētior Beth Hu.

Octonario
predicto ꝑpoſita ē lr̄a aleph q̄ inter/
ꝑtat̄ doctrina Huic aūt ſcđo capitu/
lo ſeq̄nti ꝑponitur lr̄a Beth q̄ inter/
ꝑtat̄ ꝯfuſio Et hoc bene ꝯgruē q꜡ a
doctrina intelligit hō ꝛ cognoſcit de/
um ꝛ ſe ipm̄:et exinde ꝯfundit̄ ſuper
pctīs ſuis atq̄ꝫ reuertit̄ ad correctio/
nem de qua ſubditur cū dicitur
In quo corrigit adoleſcētior viā ſuā
.i.prauā ꝯſuetudinē ſuā Licꝫ eni i
oī etate q̄ntūcūq̄ꝫ ſera vtile ſit corrigi.
tn̄ vtili⁹ eſt in adoleſcētia anteq̄ꝫ cō/
ſuetudo praua ꝑualeat ī hoīe Unde
poeta ait Principijs obſta :ſero me/

dicina paꝝ Cū mala ꝑ lōgas ꝯtrahiꝝ
moras.q2 ꝓuer.xxij. Adoleſcens iu/
xta viā ſuā gradiꝝ: eē cū ſenuerit nō
recedet ab ea Etiā ī adoleſcētia hō ē
ꝓnioꝛ ad pctm̄: vn̄ magis tūc nc̄aria
eſt correctio Per hoc eī ꝙ dicit ad/
oleſcētioꝛ:arguūꝝ ſenes:īueterati die
rū maloꝝ q̄ difficile corrigūꝝ.Sꝫ iſte
quēadmodū correxit viā ſuā.ſub ſe/
quēti reſponſione ꝯfirmat di. In cu/
ſtodiēdo ſermones tuos Non dicit
in audiendo vel ſcribendo: ſed cuſto
diēdo ſermones tuos.i.precepta tua
Iuxta illud ad Ro.ij. Nō enī audi
toꝛes legis iuſti ſunt apud deuꝫ:ſꝫ fa/
ctoꝛes legis iuſtificabūtur .et idcirco
In toto corde meo exq̄ſiui te. Vn̄
eccle.i. Nō acceſſeris ad illuꝫ duplici
corde.q2 ſicut ait Aug⁹. ꝓ q̄nta par/
te aliud q̄ris:deū nō q̄ris Ne repel/
las me a mādatis tuis Caſ.tanq̄ꝫ i/
dignū bn̄ficijs tuis: vt quē tu feciſti
toto corde petere:tu etiā digneris au
dire Repellit enī a mādatis ſuis ſb/
dole ſe rogantes Unde ſalomon ait
Spūſſanct⁹ diſcipline effugiet fictuꝫ.
et ſubtrahet ſe a cogitatōib⁹ q̄ ſunt ſi
ne intellectu Rogat ergo ne ab intel
ligentia legis diuine repellaꝝ ſicut in
dign⁹:vt agnoſcam⁹ hāc intelligētiā
nō mereri niſi eos q̄ noſcūtur toto
corde deꝓcari Hu.et q2 intelligens
diuina mādata in eis delectaꝝ Iō ſbi
diꝝ In corde meo abſcōdi eloq̄a tua
.i.i memorie ꝯmēdaui.ꝛ indignis ea
nō dixi vt nō peccem tibi Ni.quia
mādata dei ſic abſcondita.preſeruant
hoīeꝫ ab offenſa dei Et q2 talis debꝫ
eē grat⁹ erga deū Ideo ꝑ modū grā
rū āctōis ſubdiꝝ Benedict⁹ es dn̄e
de bono qd̄ in me cepiſti Doce me iu
ſtificatōes tuas .i.iuſticie factiōes:
ꝑficiēdo qd̄ inchoatū eſt Acſi dicat
Au.Quia eī in corde meo abſcondi
eloq̄a tua vt nō peccē tibi legē dediſ

ti:da etiā benedictōeꝫ grē vt facien/
do diſcā.qd̄ itimādo iuſſiſti Ni.et q2
habens notitiā mādatoꝝ.vult alios
venire ad cognitionē coꝝ Ideo ſub
diꝝ In labijs meis ꝓnūciaui alijs
indicando oīa iudicia oꝛis tui no/
bis per apoſtolos ꝛ ꝓphetas reuela
ta vt intēdāt ſue correctōi Hu.Sꝫ
obijci pt q̄ſtio Quid ē ꝙ dicit oīa iu/
dicia ſe ꝓnūciaturū:cū dicat apoſ.ad
Ro.xi. O altitudo diuitiarū ſapiētie
et ſcie dei.q̄ꝫ incōꝓrehēſibilia ſunt iu
dicia ei⁹ Solutio Loquiꝝ hic de iu/
dicijs dei ſcibilib⁹:ꝛ maxime de illis
q̄ fient in die iudicij: videlꝫ ꝙ iudex
viuoꝝ ꝛ moꝛtuoꝝ dicturus ē malis
Ite maledicti in ignē eternum.et bo
nis. venite bn̄dicti ꝑcipite regnū Et
q2 iſte in toto ſe occupat circa dei pre
cepta.ideo ſubdiꝝ In via teſtimoni
orū tuoꝝ delectat⁹ ſum. Uia teſtimo
nioꝝ dei ē ſacra ſcriptura q̄ ꝯtinet te/
ſtimonia iuſtoꝝ:ſicut:beati pauperes
ſpū.q̄m̄ ipſoꝝ ē regnū celoꝝ. beati q̄
lugent.q̄m̄ ipſi ꝯſolabunꝝ: ꝛ cetera q̄
Math.v.ſcribūtur Delectaꝝ eī in ta
lib⁹ ꝓpter ꝓmiſſionū magnificētiam.
ſicut in oīb⁹ diuitijs. Hie. Sicut
enī terren⁹ hō in agris.vineis qꝫ de/
lectaꝝ:ita iſte in teſtimonijs dei iocū
daꝝ de pura ꝯſcīa.qui ꝑ cōpto mūdo a
deo ditat⁹ ē Ni.et q2 delectatio in/
ducit ad forti⁹ meditādū ꝛ operandum
Ideo ſubdit In mādatis tuis ex/
ercebor. Hu.cogitādo ꝛ operando
et ꝯſiderabo ꝑfecti⁹ cognoſcēs vi/
as tuas q̄b⁹ ad te veniꝝ Gre.xvij.
moꝝ. Uie dn̄i ſunt.vt mens ꝓſpera
fugiat.ꝛ ad aduerſa preparet Nihil
qd̄ demulcet appetat:nihil qd̄ deterre
re crediꝝ ꝑtimeſcat.merorē p̄ſentē
gaudiū reputet: p̄ſentis vite gaudia
dāna meroꝛis penſet:abiectōis detri
mēta nō timeat.ſꝫ ꝑ hec eterne gloꝛie
locū q̄rat Uas enī vias chr̄s oculis

ſeq̄ntiū ſe miniſtrabat:cū dicebat Si
q̄s mihi miniſtrat me ſequat̄ Ad has
vias tumētia corda diſcipuloꝝ reuo
cabat:cū glorie locū q̄rerēt:ȝ eiuſdē
glorie iter ignoraret di. Poteſtis bi/
bere calicē quē ego bibitur⁹ ſū? Hu.
Sed hic ordo videt̄ ꝑuerſus eē:cuȝ
ꝑmo dicit:exercebor.deinde ꝯſidera/
bo .cū ꝑmū ſit ꝯſiderare .ꝛ poſtea ex/
erceri Solutio.in oī ſcia ꝑterq̄ȝ ī the
ologia:theorica ꝑcedit practicā.i.ꝯtē
platio actionē.hic aūt practica prece
dit theoricā Caſ. Pri⁹ ergo fuit ne
ceſſariū vt exerceret̄ iſte in mādatis
diuinis.i.in freq̄nti ſcē ꝯuerſationis
opatiōe.vſum rerū nc̄ariū aſſiduo la
bore pagendo:ꝛ ſic ad penetralia in/
tellect⁹ ꝑueniret Nemo ei meret̄ tan
tū ſecretū ꝯſpicē: niſi cui datū fuerit
bona ꝯuerſatōe celeſtib⁹ ſe beneficijs
ꝑximare Ni. Et qꝛ ceſſatio ab actu
ꝯſiderandi tandē inducit obliuioneȝ
Ideo ſubdit̄ In iuſtificatōib⁹ tuis
meditabor: nō obliuiſcar ſermones
tuos. Caſſ. Juſtificatiōes ꝛ ſermo/
nes dn̄i ſunt mādata eius.videlȝ Nō
mechaberis:nō falſum teſtimoniū di
xeris.ꝛ cetera Hie. Ea meditor:in
his exercebor: vt illa obliuioni non
tradens:poſſim ea integre perfecteq̄ȝ
complere Amen.

## Retribue ſeruo

Gymel Sequit̄ iij. capitulū
Ambro. cū ꝑponit̄ t̄cia lr̄a ſm he/
breos:videlȝ gymel.q̄ latine retribu
tio dicit̄ Au. Nēpe ſupi⁹ dixerat In
q̄ corrigit adoleſcentior viā ſuā:i cu/
ſtodiendo verba tua Ecce nūc apti⁹
(vt id faciat) precat̄ auxiliū di. Caſ.
Retribue.i.ñ meis meritis red
de.ȝ iterū da grām tuā ſeruo
tuo Hie. Cōſtāter ſibi retribui ob
id q̄ deo ſeruiat depcat̄ viuifica me
Ni. qꝛ gratia aīam viuificat:ſicut
aīa corp⁹ ꝛ cuſtodiā ſermōes tuos
id eſt mādata tua. Et qꝛ gr̄a illumi/
nat intellectū ad ſupnaturalia cogno
ſcenda Ideo ſubdit̄ Hu. Reuela
oculos meos .i.clarifica intellectū ꝛ
affectū meū q̄ obſcurant̄ in agnitōe
dei ꝛ ſacre ſcripture.p prauā ꝯſuetu/
dinē.ꝛ carnalē affectionē: ꝑpt̄ multi/
plicē reꝝ tpaliū curā: ꝑpter mūdanū
amorē: ꝑpter nimiā ſubtilē diſcuſſio
nē:qꝛ dicit̄ ꝓuer.xxv. Perſcrutator
maieſtatis opprimet̄ a gloria:propter
ignauiā ꝛ torporē: ꝑpter certā mali/
ciā: ꝑpter acceptionē munerū: ꝑpter
honorē ꝛ ꝓſperitatē mūdi: ꝛ hi oculi
aperiunt̄ p ꝓprie fragilitatis ꝯſidera/
tionē:p pn̄ie amaritudinē: p orōnem
et p gr̄e infuſionē Caſ. Nū niſi mi
ſericordia dn̄i fuerit velamen ignorā
tie ab oculis cordis ablatū: ſcpturas
ſanctas lumine cordis nō poſſum⁹ in/
tueri Illumina ergo imperitie mee
cecitatē ꝛ ꝯſiderabo mirabilia de le/
ge tua Lex eſt vmbra futuroꝝ:q̄ ſi/
gnificātiā future plenitudinis ꝯtine/
bat Immolabat̄ q̄ppe paſchali feſtiui
tate ſm legē agn⁹ imaculat⁹: qđ xp̄m
dn̄m ſignificat occidi Sacerdos ve/
ſte pulcerrima ꝛ coruſcabili tegebat̄.
vt futuri pōtificis chr̄i celeſtis regis
iudicia nūciaret. ꝓmiſſiōes q̄ȝ dn̄i fu
erūt vt popul⁹ iſraelitic⁹ in terrā ꝑ/
duceret̄ fluētē lac ꝛ mel. qđ ad illud
futurū ſeculū ptinere nō dubium eſt.
vbi ſumme beatitudinis gaudia co/
pioſa dulceſcūt Rogat ergo popul⁹
ille ſcōꝝ vt reuelato corde iſta ꝯſide/
ret:q̄ ſupducto velamine ignorantie
nō poterat intueri Neitatē vero hu
ius illuminatiōis ſubdit di. Incola
ego ſum in terra .i.peregrin⁹:nil ap/
petens in mūdo Iſti ſūt vere incole
in t̄ra:q̄ theſaurū ſuū ī celo reponūt:
vt cor eoꝝ futurā patriā ſp affectet
nō abſcondas a me mandata tua ſed

mihi ea manifeſta mandata eē dixim⁹
Diliges dñm deū tuū ex toto corde
tuo: ⁊ primū tuū ſicut te ipm̄ Rogat
ergo vt ei nullaten⁹ celent̄ q̄ pctōri/
b⁹ ꝓbant̄ abſconſa: q̄uis generalit̄ ꝓ
nūciata eē videant̄ Ni. Et q̄ diuine
reuelatiōes fiūt deſiderantib⁹ eas Jō
ſubdit̄ Concupiuit aīa mea ꝺſidera
re iuſtificatiōes tuas ī oī tpe. Hie.
vt ſiue māducē. ſiue bibā: ſiue aliud
q̄d faciā: ſp̄ eas deſiderē. ⁊ mediter. et
apprehendā Ni. Cōſeq̄nt̄ oſtēdit̄ col
latōis gr̄e impedimētū: q̄d ē ſupbia.
ſicut hūilitas ē gr̄e meritoria: ꝑut dī
Jaco. iiij. De⁹ reſiſtit ſupbis. hūilib⁹
aūt dat gr̄am Et ſm̄ hoc dī Increꝑ
paſti ſupbos eijciendo angelos ſupꝑ
bos de celo: ⁊ p̄mos parētes ꝯtēnen
tes mādatū dei: expellēdo de paradi
ſo t̄reſtri maledicti q̄ declināt a mā/
datis tuis Caſ. Nā ⁊ illū adā q̄ ꝯtē
pſit mādata dñi: ꝯſtat eē maledictū. et
hodie ſunt maledicti: q̄ ſimili ſcelere
polluūtur Qui⁹ aūt maledictōis amo
tionē petit dī: Aufer a me opprobri
um ſcꝫ maledictōis ⁊ ꝯtēptū trāſ/
greſſiōis Nic. q̄r teſtimonia tua ex
q̄ſiui ad ſciendū ea ⁊ intelligendum.
et iō ſi trāſgrederet̄ ea: nō eēt ex ig/
norātia: ſꝫ ex cōtēptu Cām vero p̄/
dicte petitōis ſubdit cū dicit Eteni
ſederūt p̄ncipes ⁊ aduerſū me loq̄bā
tur Iſti p̄ncipes ſunt demones: ſm̄
q̄ dī ad eph̄. vi. Nō ē nobis colluctā
tio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: ſꝫ ad/
uerſus p̄ncipes tenebraꝝ harꝝ ⁊ pote
ſtates ꝯtra ſp̄uales neq̄tias Ambro
et iſti p̄ncipes ſedent ⁊ explorāt qui
chr̄ian⁹ intēte deo ſeruiat ſtudioſius
boni opis: ⁊ detractāt de eo dicētes.
Inſidiemur illi ⁊ ī pediam⁹ eū: ꝓhi/
beam⁹ eū efficere q̄ ꝺſiderat. frāgam⁹
animū ei⁹ frequētib⁹ ⁊ repētinis ad/
uerſis Ni. Freq̄nt̄ eni tractāt ad in/
uicē q̄lit̄ poſſint hoīes ſcōs ⁊ l̄ratos
deijcere ꝑ ꝯtēptū diuinoꝝ mādatoꝝ.
ſicut narrat Grego. in dialogo. q̄ iu/
de⁹ in fano idoloꝝ abſcondit⁹ audiuit
demones tractātes de deiectōe An/
dree epī ciuitatis fontane ſeru⁹ autē
tu⁹ exercebat̄ in iuſtificatiōib⁹ tuis.
q̄r q̄ntū ꝑcipit a demonib⁹ ſe fortius
ī pugnari: tāto debꝫ magis in opibus
bonis exerceri: ad q̄d req̄rit̄ diligens
mētis ꝯſideratio Jdeo ſubdit̄ Nam
⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt.
id ē cogito p̄mia q̄ ꝑſeuerātib⁹ ꝓmi/
ſiſti et ideo ꝯſiliū meū q̄d intēdo
ſimplicit̄ ꝓſeq̄: ſunt: ſupple iuſtifica/
tiones tue. i. ī pletiones mādatoꝝ tu
oꝝ q̄ iuſtificant hominem

## Adheſit paui.

Deleth Sequit̄ q̄rtū capitu
lū cui ꝓponit̄ q̄rta l̄ra Ambro. ſm̄
hebreos videlꝫ Deleth q̄d ſignat la
tine timorē vel natiuitatē. et vtrūq̄
p̄t ꝯuenire ſenſui. Natiuitas eni coꝝ
ē q̄ generant̄ in hoc ſeculo: ꝑ q̄d intel
ligimus corporalia q̄ ſunt caduca Et
ideo a timore non diſtāt. ex corporali
b⁹ etiam timor naſcit̄. Quid eſt t̄rena
natitas niſi tīor? Fidelis itaq̄ plebs
pond⁹ corporis ſui aīam aggrauātis
a q̄ ī bonis opib⁹ ī pedit̄ deplāgit dī.
Adheſit pauimēto Pauimētū
eſt t̄ra. vel aliq̄d t̄renum. vt lapi
des Et ideo cū dicit̄ Adheſit paui/
mento aīa mea ſenſus talis eſt Aīa
mea corp̄i terreno ⁊ corruptibili ī paꝝ
aggrauāti ē ꝯiūcta viuifica me per
vitā gr̄e Gl. vt in celo ſit mēs ⁊ nō
adhereat carnalib⁹ ⁊ hoc ſm̄ verbū
tuū Du. ꝓmiſſuꝫ ē Ezech. xviij.
In q̄cūq̄ hora ingemuerit peccator
omniū iniq̄tatū ei⁹ nō recordabor am
pli⁹ Acſi dicat Hie. Corpori morta
li aīam ꝯiūctā intelligo Jdeo ne deli
ctū inualeſcat: peto viuificari: ſciens
q̄ ꝯcupiſcētia carnis mortēꝫ opatur

Sequiť Ni. Vias meas ānūciaui. ſ
ſupple tibi p̱ humilē ꝯfeſſionē Et ex/
audiſti me. remittēdo mihi pc̄tā ī cō
tritiōe Caſ. Doce me iuſtificatiōes
tuas nō ad audiendū: ſꝫ ad faciēduꝫ
Viaꝫ iuſtificationū tuaꝝ inſtrue me.
Nu. i. modū ⁊ ordinē adimplendi
eas: et ipſis ſupple cognitis Exerce/
bor in mirabilib⁹ tuis. i. in apoſtoli/
cis ceteris ꝙ doctrinis ecc̄iaſticis q̄
mirabiles videnť inexpertis Hie.
Dormitauit aīa mea. in hui⁹ habi/
taculi mortalis ſtatione pre tedio.
corpore īfirmitatis Ni. Scis ei hoīs
b⁹ tedioſa eſt ſarcina corporis cui oꝫ
ꝯdeſcendē ꝯcedendo ei refectionē et
qetē ſufficientē. in q̄ ꝯdeſcenſu faciliť
deficit hō: nimis ſuo corpori ꝯpatien/
do: ⁊ ſic diſponiť ad caſū: ideo ſubdiť
Confirma me. grām tuā in me ꝯſeruā
do. Et quia ad hoc facit diuini verbi
freq̄ns meditatio: ideo ſubdiť In ver/
bis tuis. Hie. vt ablato pc̄ti ſom/
no inſtant vigilē in eis Viam iniq̄/
tatis. i. deſideriū illud p̱ qđ ad pc̄m
veniť amoue a me. tua gratia mihi
p̄ueniendo Ni. Et de lege tua miſe
rere mei. ſi ab ea declinaui p̱ mortale
pc̄m Hie. Apud te enī hec lex inſti
tuta eſt vt ſp̱ miſerearis Aug. Hec
eſt lex fidei q̄ credim⁹ ⁊ oram⁹ p̱ gra/
tiā nobis donari. vt faciam⁹ qđ p̱ noſ/
metipſos implere nō poſſum⁹ In le
ge enī factoꝝ. ē dei iubentis iuſticia. ī
lege aūt fidei. ſubuenientis mīa Ni.
Hui⁹ aūt miſeratōis cām allegat ex
parte ſui di. Viam veritatis elegi.
videlꝫ culturā ⁊ ſeruitiū dn̄i ſaluato
ris: q̄ eſt via. veritas. ⁊ vita. Iudicia
tua nō ſum oblit⁹. qb⁹ pc̄tōres terri/
biliť puniuiſti: eos tp̱e diluuij ſbmer
gendo. et zodomā igne ſulphureo in/
cendēdo: ⁊ in ꝯſimilib⁹ Et qꝛ ex ter/
rore taliū hō a malo retrahiť. ⁊ ad bo
nū ꝯuertiť Ideo ſubdiť Adheſi te/
ſtimonijs tuis dn̄e. firmiť ꝓponens
ea cuſtodire Ambro. Adheret autē
teſtimonijs. q̄ mūdo renūciat: q̄ curā
huius vite ⁊ tedia ſpernit: q̄ luxurie
ſtudio ac pecunie cupiditate non cur
uať. et ideo noli me ꝯfundere. Ni.
id ꝑmittere ꝯfundi: p̱ recidiuum pc̄ti
Viam mandatorū tuoꝝ cucurri. in
viam virtutū factibiliter ambulādo
Cū dilataſti cor meū. p̱ donū chari/
tatis: q̄ mādata diuina facit leuia. ſm
ꝙ diciť. i. Jo. v. Mandata ei⁹ grauia
nō ſunt: videlꝫ amāti: ſicut dicit glo.
qꝛ charitas vires augmētat. ſm ꝙ di
cit Grego. ome. xij. Vires q̄s impe/
ricia denegat: charitas amminiſtrat

## Legē pone mi-
hi Hee Seq̄tur q̄ntū capi/
tulū. cui p̄poniť littera Hee. q̄ inť/
pretať viuit Cū ſupra petierit viuifi
cari a morte ſeculi. ſcꝫ ab amore ſecu/
li. ſcꝫ ab amore carnali. ⁊ tedio ſpirita
li Cōgrue nūc de vita in qua viuere
vult. cōſeq̄nť ſubdit di: Aug.
Legeꝫ pone mihi dn̄e. Cur iſte
adhuc poſcit ſibi legē poni: que
vtiq꜠ ſi nō ei poſita fuiſſꝫ: nō viā mā
datoꝝ: ſicut predixit: in cordis latitu
dine: hoc ē ī charitate cucuriſſꝫ? Sꝫ
q̄ſi ꝓficiens loquiť: dei donum nouit
eē qđ ꝓficit Quid aliud petit cuꝫ ſibi
legē poni petit: niſi vt magis: magis
q꜠ ꝓficiat? Gratia itaq꜠ dei nobis pre
cipue ꝯmendať: q̄ſi ſibi legem poſcit
poni a dn̄o: q̄ vtiq꜠ iam legē ſm lrāꝫ
nouerat Sꝫ qꝛ lr̄a occidit: ſpū̄s viui
ficat: orat vt p̱ ſpūm faciat qđ p̱ lr̄aꝫ
ſciebat Et exq̄ram eaꝫ ſp̱. faciēdo q̄ꝫ/
diu viuā Da mihi intellectū. Hie.
vt intelligā diſcretionē inter bonuꝫ
et malū: inter vitā ⁊ mortē: īter lr̄am
et ſenſum Et ſcrutabor legeꝫ tuam.
Ni. perfecti⁹ cognoſcēdo: qđ nō poſ
ſum ſine tuo auxilio Et cuſtodiā illā

in toto corde meo. i. ex tota dilectio
ne deũ amãdo ⁊ ꝓximũ. Deduc me
in ſemita mãdatoꝝ tuoꝝ: q2 ipſam vo-
lui. Caſ. q2 veteris legis iã mandata
tenebat: noui teſtamẽti ſpũalẽ grã
ꝓbat̃ expetere: ꝑ quaꝫ ſe ad celoꝝ re-
gna nouerat ꝑuenire Hu. Semita
mandatoꝝ eſt via arta q̃ ducit ad re-
gnũ: de q̃ ſaluator dicit Math. xix. et
Lu. xviij. qñ adoleſcẽti dicenti ꝙ oĩa
mãdata ſeruaſſꝫ a iuuẽtute ſua: dixit
Adhuc tibi vnũ deeſt Uade ⁊ vẽde
oĩa q̃ habes ⁊ da paupib⁹. ⁊ veni ſeq̃
re me. Quaſi dicat. Licꝫ ſis in via mã
datoꝝ: nõ tñ es in ſemita q̃ rectior eſt
via. Et q2 dixit ipſam volui. ne q̃s bo
nã volũtatẽ ſibi aſcribat: ꝯſeq̃nt̃ ſub-
dit Inclina cor meũ acſi dicat. etiã
a me nõ habeo vt bonũ velim: ⁊ ideo
tu dñe Inclina cor meũ in teſtimo-
nia tua vt magis ea velim ⁊ nõ in
auariciã. iam a diuis opib⁹ retrahẽ
te Au. Teſtimõijs quippe ſuis nobiſ-
cũ agit de⁹ vt eũ gratis colam⁹ q̃d im
pedit auaricia: q̃ radix eſt omniũ ma-
loꝝ Caſ. Auaricia eſt tꝑaliũ reꝝ fla-
grans oĩo deſiderium Uñ ⁊ pm⁹ hõ
peccauit. ⁊ ſuis poſteris vitia incenti
ua dereliq̃t Hi. et deinde petit amo-
tionẽ ꝯcupiſcẽtie carnalis q̃ vt pluri
mũ incẽdit̃ ex aſpectu impudico. vñ
ſubdit Auerte oculos meos ne vi-
deãt vanitatẽ. i. ſpectacula ad malũ
luxurie ꝑtinẽtia vel inducẽtia Hu.
q2 a ꝯſpectu vanitatis ꝓuocat̃ ꝯcupi-
ſcẽtia. ex hoc imp̃mit̃ mẽti turpis co-
gitatio. ⁊ cor dilacerat̃ ac depredatur.
malũ ꝓpoſitũ ꝯcipit̃: ⁊ rõ amittitur.
Caſ. Hic notant̃ illi q̃ diuerſis ſpe-
ctaculis occupant̃: hic q̃ mulierũ fe
do amore rapiunt̃: hic q̃ alienarũ reꝝ
poſſeſſionẽ improbe ꝯcupiſcũt Sed
hoc amoto. q̃d q̃rendũ ſit oſtẽdit di.
Hie. in via tua hoc eſt in te ipſo.
vel in tuis mãdatis viuifica me. in

mĩa Statue ſeruo tuo eloquiũ tuũ
. i. mãdata tua in timore tuo. i. vt
te timeã timore ſcõ ſtabilit̃ ⁊ ꝑſeue-
rant̃ Hu. Amputa opprobriũ meũ
q̃d ſuſpicat⁹ ſum. i. fac ne malũ ſuſpi
cer de alio. vel ſi forte ſurrepat ſuſpi
tio: fac ne creſcat in iudicium: q̃d ſi
facio eſt opprobriũ meũ: q2 falſum iu-
dico: ⁊ nõ talẽ qualẽ eũ ſuſpicor eſſe
vel fuiſſe oſtendo Caſſ. Nã neceſſe
eſt ꝙ verecũdiã incurrat. q̃ ignorans
aliud aſſeuerat. ſuſpicio enĩ ſepiſſime
ꝓbat̃ incerta: q̃ viro nõ ꝯuenit chr̃ia
no Iure ergo ſibi illud amputari q̃-
rebat vnde re⁹ poterat inueniri Se-
quit̃ q2 iudicia tua iocũda ꝑ q̃ tri-
buis electis tuis eternã requiẽ dicẽs
Uenite bñdicti pr̃is mei ꝑcipite re-
gnũ Ni. Ecce ꝯcupiui mãdata tua
ſcire ⁊ operari in equitate tua vi-
uifica me augmentando in me vitã
gratie Et dicit in equitate: q2 talis
equitas iuſticie ꝑ quaꝫ dirigit̃ hõ in
deũ meritorie: nõ eſt niſi ꝑ gratiam a
deo hoĩ datã q̃ iuſtificat impiũ

## Et veniat ſuper

Uau Sequit̃ capitulũ vi:
Ambro. cui ſexta lr̃a preponit̃ ſcilꝫ
Uau q̃ interpretat̃ et ille. Quis aũt
ille itelligẽd⁹ ſit: ſatis apte demõſtrat
cũ ſubdit di. Hugo:
Et veniat ſuꝑ me mĩa tua dñe
q̃ mĩa ſequit̃ ſalutare tuũ ſcꝫ chr̃us
dñs Hie. Acſi dicat popul⁹ gẽtilis
Ueniat nos redimẽ o de⁹ pr̃ fili⁹ tu⁹
ſcḋm eloquiũ tuũ Caſ. i. ſcḋm ꝓmiſſio
nẽ tuã quam ꝑ ꝓphetas cognoſceris
fuiſſe pollicit⁹ Uel ẽ vox pctõris mo
ralit̃ Hu. remiſſionẽ precãtis pctõꝝ
Et veniat ſuꝑ me mĩa tua dñe Pec-
cator eñ in limo ꝓfundi infix⁹ nõ ve-
nit ad miam: ſꝫ ipſa deſuper venit ad
eũ Uñ in alio pſalmo dicit̃ Mĩa ei⁹
ꝓueniet me Salutare tuũ. i. gratia ſa

lutis etiã veniat mihi ſm eloquium
tuũ.i.ſicut pmiſiſti gratiã te daturũ.
Et omnia tua obtenta cũ ſalute Re/
ſpondebo exprobrantib⁹ mihi verbũ
R Reſpondebo eis demonib⁹ verbũ
cordis p humilitatẽ: hereticis verbũ
oris p ſapiẽtiã: ⁊ detractorib⁹ verbũ
opis p ſanctã ↄuerſationẽ qꝛ ſpera/
ui in ſermonib⁹ tuis qꝛ ſpero ꝙ per
me loqris humilitatẽ in corde: ſapiẽ/
tiã in ore: atqꝫ ſcitatẽ in ope: que ma/
gis ſermones tui ſunt ꝙ mei Et ne
auferas de ore meo verbũ veritatis
vſqueqꝫ. Hre.xi.mor. Perpende
ei ꝙ oipotẽs de⁹ verbũ veritatis faci
entib⁹ tribuit. ⁊ nõ faciẽtibus tollit
Qui ergo hoc de ore ſuo non auferri
petijt: qd aliud ꝙ grãm bone opatio
nis qſiuit? Acſi aperte diceret A bo/
no ope me errare non ſinas. ne dum
amitto ordinẽ bene viuẽdi: rectitudi
nẽ pdã loqndi Hu. Cãm ſubdit di.
qꝛ in iudicijs tuis hoc eſt in flagel/
lis qb⁹ me pmittis affligi ſupſpera/
ui. Au. qꝛ flagella qb⁹ me corripis:
nõ auferũt ſpem: ſꝫ augent: qm̃ quem
diligit dñs: corripit Flagellat ãt oẽm
filiũ quẽ recipit Hu. Et cuſtodiã
legẽ tuã ſp. eã ope adimplẽdo ꝙdiu
vixero in hac vita qntũ ad ei⁹ mãda
ta et in ſeculũ ſeculi. i.i futura vita
qntũ ad charitatẽ Gl. quã ſci angeli
et ſpũs habent in celo pfectã; ſine fi/
ne laudãdo deũ Et ambulabã in la/
titudine Ni. ſcꝫ charitatis: q̃ etiam
eſt tãte latitudinis. ꝙ etiã ſe extẽdit
ad inimicos nr̃os Vñ Math. v. dicit
Diligite inimicos veſtros: bñ facite
his q̃ oderũt vos qꝛ mãdata tua ex/
qſiui ad ſciẽdũ ⁊ faciendũ ea Et lo
qbar in teſtimonijs tuis Hu: Iſte
verſus eſt vox martyrũ: vnde de bea
ta katherina cantat ad introitũ miſſe
Et loqbar de teſtimõijs tuis in cõ
ſpectu regũ ⁊ nõ ↄfundebar. Ipſa ei
coram rege diſputauit de teſtimonijs
chri ⁊ nõ ↄfuſa: ſꝫ phos ↄfudit ⁊ ad
fidẽ ↄuertit Caſſ. Cõfundit aũt ille
cui⁹ p rõcinationẽ vincunt dicta Et
meditabar in mãdatis tuis q̃ dilexi
Hie. vt op⁹ meditatõis. dilectionis
pficeret fructum Hu Et leuaui
cũ pura intẽtiõe man⁹ meas ad mã/
data tua q̃ dilexi ea ope ↄplendo. qꝛ
pbatio dilectionis: exhibitio ẽ opis
et ideo exercebor in iuſtificationi
bus tuis Ni. i. in opibus mandato
rũ tuor que iuſtificant hominem

# Memor eſto ver

Zay Incipit vij. capitulũ
cui preponit lr̃a hebraica ſeptima vi/
delꝫ Zay Ambro. que interpretat
ducte. Quid ſibi velit iſta interpreta
tio: nõ ſatis liquet: niſi forte vt vnuſ/
quiſqꝫ ſe regat ⁊ ipſe ſui ductor ſit tẽ
dens ab his viſibilib⁹ ad inuiſibilia bo
na que nũc habentur in ſpe. de q̃ cõſe
quẽter ait dicens

Memor eſto verbi tui ſcilicꝫ p/
miſſionis eterne facte: non vni/
cuiqꝫ: ſed ſeruo tuo De quo habe
tur Johannis xij. Ubi ego ſum il/
lic et miniſter meus erit. Ecce pro/
miſſio facta ſeruo dei Aug: in quo
mihi ſpem dediſti id eſt: quia vitam
eternam promiſiſti Hec. ſcilicꝫ ſpes
future beatitudinis me conſolata
eſt in humilitate mea Tranſlatio he
braica habet: in afflictione mea Caſ.
hoc eſt: in erumna preſentis vite qua
humiliatus ſum. patienter ſuſtinen/
do huius ſeculi aduerſa Hugo
Cauſam huius conſolationis ſubdit
dicens quia eloquium tuum quod
cõtinet promiſſa tua viuificauit me
id eſt confortauit me in afflictione
Caſſiodor⁹. Quia promiſſio tanti
iudicis firmauit animum ſuſtinentis

Supbi iniqua agebant vſqueqꝫ Ni. qꝛ nõ eis ſufficit ꝙ mali ſunt:ſꝫ bonos etiã ad maliciam eoꝝ trahẽ co nati ſunt a lege aũt tua nõ declinaui .Iqꝺ tñ me facere cogebãt ſupbi Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ ꝗ̃ opat⁹ es a ſeculo dñe .a ꝗ̃ gen⁹ humanuꝫ ſũpſit exordiũ Ni. qb⁹ iudicijs malos ꝑdi/ diſti. ⁊ ꝯfidẽtes ĩ te liberaſti:vt Noe de diluuio Loth de ſꝰuerſiõe gomor re:et tres pueros de camino ignis et ꝯſolat⁹ ſum. ſperãs ꝙ etiã libera/ bis me Et licꝫ aliqñ ñ liberat dñs fi/ deles ſuos a morte tꝑali:ſicẽ machabe os nõ liberauit de tormẽtis antiochi ij.macha.vij.tñ fuerũt meli⁹ liberati ꝗ̃ tres pueri de camino ardenti. ſꝫm ꝙ dicit Aug⁹. qꝛ illi fuerũt liberati ꝺ igne:poſtea morituri Machabei fue rũt liberati de pñti miſeria in eternũ victuri Cõſeqnẗ agiẗ ꝺ timore ꝓprie fragilitatis:qꝛ ꝗ̃ntucunqꝫ hõ ſperare debeat de auxilio dñi.tñ debꝫ timere ne labaẗ in pcc̃m ex ꝓpria fragilitate.⁊ ſic fruſtreẗ ſua ſpe Ideo ſubdit Defectio .i.timor magnus tenuit me In tranſlatiõe hebraica habeẗ Hor/ ror tenuit me: ꝑ pctõrib⁹ delinqnti b⁹ legẽ tuã .q ſũt multi valde.ſꝫm illꝺ Mat.vij. Lata eſt ⁊ ſpacioſa via ꝗ̃ du cit ad ꝑditionẽ.⁊ multi ſunt q itrãt ꝑ eã Et ideo qlibꝫ ꝗ̃ntũcũqꝫ iuſt⁹ de/ bet timere ne ſimiliẗ ſibi accidat ex ꝓ pria fragilitate Hie. Uel eſt vox ec/ cleſie ꝗ̃ dolet ſup ꝑuaricatões iniqrũ affectuũ miſeratõis oſtẽdẽs Ni. Et qꝛ ad vitãdũ caſum pcc̃i multũ valet oõ:ꝑ quã mens a terrenis retrahiẗ: et ad diuina ſubleuaẗ Ideo ſubditur Cantabiles mihi erãt iuſtificatões tue .i.laudes tue Caſſ. Per hoc ſi/ gnificat pſalmodiã cũ magna delecta/ tiõe ꝑagendã.ſicut dicit apoſtol⁹ Cã/ tantes ⁊ pſallẽtes in cordib⁹ veſtris Ni. in loco peregrinatõis mee .i.ĩ via pñtis vite qua tendim⁹ ad pa/ triã ſicut peregrini Caſ. Expulſi ſiq dem in Adaꝫ de ſede paradiſi in hac vita incolatũ gerim⁹:qꝛ patrie illi⁹ be atitudinẽ nõ habem⁹ Ni. et qꝛ diue laudes nõ ſolũ dicende ſunt de die:ſꝫ etiã de nocte:ideo ſubdiẗ Memor fui nocte nõis tui dñe. Et qꝛ orõnẽ de/ bet ſeq ſcã opatio:ideo ſubdit Et cu/ ſtodiui legẽ tuã ꝑ mãdatoꝝ tuorum impletionẽ.et qꝛ iſta hꝫ hõ a dei gr̃a: ideo ſubdiẗ Hec videlꝫ gr̃a facta eſt mihi videlꝫ vt cuſtodirẽ legẽ tu/ am qꝛ iuſtificatões tuas exqſiui vñ dicit ſaluator Mat.vij. Querite ⁊ in uenietis Hie. Nos qꝫ ſuppliciẗ exo ram⁹ dñm vt nobis iuſtificatiões ſu as inſinuet:vias referet:mirabilia de claret.et ſi qd legis vmbraculũ occul tauit:clementẽ reuelet:vt ſi palmã be/ atitudinis nõ meremur:ſaltẽ vel pro delictis veniã ꝯſequamur Per xp̃m dñm nr̃m q eſt bñdict⁹ in ſe.ſe. Amẽ

## Portio mea do

Heth Sequiẗ capitulũ viij. Ambro. Cui preponiẗ littera octa/ ua videlꝫ Heth que interpretatione latina diciẗ pauor Ni. quo ſanctus popul⁹ tenetur ne deſideratum amit tat que eſt portio eius Unde ꝯſeqnẗ ſubiungit dicens Hic.

Portio mea dñe .qſi dicat:firmiẗ ſpero ꝙ tu ſis pꝫ ⁊ portio mea in futura beatitudine Hie. q relinqt mundi ſupbiã:honoꝝ faſtigia:diuitia rũ qꝫ iactãtiã:et in celũ collocat the/ ſauros.hui⁹ portio efficiẗ de⁹ Ni. Unde aũt ſpes iſta hãc portionẽ cõ/ ſequẽdi ſurgat:ꝯſeqnter declarat di/ cens Dixi .i.decreui cuſtodire legẽ tuã ꝑ bonũ vſum liberi arbitrij tua gr̃a informati Et qꝛ ad huius vſus ꝯtinuationẽ facit oratio deuota Ideo ſubdit Deprecat⁹ ſum faciem tuam

id eſt mīaʒ tuā q̄ pctõres dignaris re
ſpicere Et addit. In toto corde meo.
id ē tā intellectu q̄ꝫ affectu. Miſerere
mei. ꝯtinuādo in me bonū vſuʒ libe
ri arbitrij: cuius ꝯtinuatio ꝓcedit ex
gr̄a dei. Sm̄ eloquiuʒ tuū. qꝺ dixiſti.
Petite ⁊ accipietis. Cogitaui vias
meas. i. ꝓceſſus ī bono q̄ ſunt tardi
ex fragilitate humana: ſʒ ſunt feſtini
ex gr̄a diuina Jdeo ſb̄dit. ꝯuerti pe/
des meos. i. ſenſus ⁊ affect⁹ meos.
in teſtimonia tua. Hie. i. in p̄cepta
tua vt ea ope ꝯpleā. Parat⁹ ſuʒ et n̄
ſum ꝯturbat⁹ vt cuſtodiā mādata tua.
Hu. Acſi dicat Etiā ꝓpter māda/
ta dn̄i cuſtodiēda parat⁹ ſum pati. vn̄
ṗ. Pe. ij. dicit̄ Si q̄d patimini ꝓpter
iuſticiā: beati. Ni. Et q꞉ curſuʒ bono
rū demones ſuis tētatōib⁹ nitunt̄ im
pedire Jdeo ſubdit̄ Funes pctōꝝ.
id eſt tentatiōes demonū. circūplexi
ſunt me. ad īpediēdū me ī bono ope
Et legē tuā nō ſum oblit⁹. tua gr̄a
ꝯfortat⁹ Jdeo ſubdit̄ Media nocte
ſurgebā ad ꝯfitēdū tibi. ꝯfeſſiōe lau/
dis. Hu. Nō vacat q̄ dicit Media
nocte ſurgebā: ſcit enī hoc tp̄e p̄mo/
genita egyptioꝝ eē ꝑcuſſa. ꝑ que p̄mī
mot⁹ pctōꝝ intelligunt̄ interempti
Ambro. Tūc enī feruet carnis ille/
cebra: tūc mēs ſomnolēta ē: anim⁹ q̄ꝫ
occupat⁹ eſt. tūc tentator aſſiſtit. tunc
retia iacit qb⁹ turbare poſſit mentem
īprouidā: tūc varias deceptiones pe
ctori dormiētis īfundit vt bonū de/
cipiat. ⁊ ſtatū mentis ꝯturbet Caſ.
Et q꞉ ſcit ſponſuʒ media nocte vētu
rū Jdeo codeʒ tp̄e ſurgit ad laudes:
ne int̄ fatuas virgines ianua celeſtis
ſibi claudat̄ Surgebā ergo in h̄ tp̄e
ad laudādū te. Sup iudicia iuſtificati
onis tue. Mi. i. de hoc q̄ tuo ſcō iu/
dicio voluiſti me in iuſticia cuſtodire
Jdeo ſubdit̄ Particeps ego ſuʒ. ex
tua bonitate. oīm timētiū te. timore

filiali: q̄ q̄s cauet offēdē deū patrē. Et
cuſtodiētiū mādata tua. ꝑ ſcām opa/
tionē Et q꞉ p̄dicta gr̄a diuina oīb⁹
ꝯfert ad eā ſe debite diſponētib⁹ Jō
ſubdit̄ Miſericordia tua dn̄e plena ē
terra. ꝑ quā iuſtificas ipiū. Et q꞉ q̄n
to pl⁹ habent̄ bona ſpūalia: tanto pl⁹
deſiderant̄ Jdeo ſubdit Juſtificatio
nes tuas doce me. bona ſpūalia ī me
augmētādo Hie. vt ipſas iuſtificati
ones. hoc eſt mādata tua intelligā: ꝓ/
dicem. ⁊ opere compleam

## Bonitatem fe=
ciſti Theth Sequit̄ capitu/
lū ix. cui ꝓponit̄ nona lr̄a hebraica q̄
eſt Theth: cui⁹ interpretatio eſt: ex/
cluſio. Scriptū eſt ei de charitate: q̄r
charitas foras mittit timorē. R. i. cha
ritas ei chriſti vrget nos ad opus bo
nū ex cōſideratōe bn̄ficioꝝ in mente
et corpore receptoꝝ: qꝺ iſte popul⁹ fi
delis ꝯſiderās ꝯſeq̄nt̄ ait dicēs.

Bonitateʒ feciſti cum ſeruo tuo
dn̄e. iaiam ei ꝯferēdo ad imagi/
nē tuā creatā: ⁊ bona gr̄e ſupaddēdo
q̄ fuerūt data hoī in ſtatu innocētie:
⁊ poſt lapſum dant̄ ī baptiſmo: ⁊ an̄
dabant̄ regularit̄ in circūciſione. Sm̄
verbū tuū. ꝑut habet̄ Gene. i. Facia
m⁹ hominē ad imaginē: q̄ntū ad bona
nature: ⁊ ſimilitudinē nr̄am. q̄ntū ad
bona gr̄e Et q꞉ nō debʒ hoc hoī ſuf
ficere: ſʒ ſꝑ debʒ ꝓfectū in ſpūalib⁹ q̄
rere ſm̄ q̄ dicit Aug⁹. in li. de ꝑfecti/
one iuſticie Nemo indē cū multā ꝓfe
cerit: dicat mihi: ſufficit. exiuit enī de
via an̄ t̄minū Jō vltra petit dicēs Bo
nitatē. q̄ntū ad ꝑfectionē appetit⁹ Et
diſciplinā ⁊ ſciētiā. q̄ntū ad ꝑfectio
nē intellect⁹ doce me. ampliori gra
tie tue illuſtratione. Et dicit: diſcipli
nā quantū ad cognitionē moralium.
et ſcientiam: quātū ad cognitionē ſpe
culabiliū Caſſ. docet enī de⁹ bonita

te:inſpirando charitatis deſideriū:
docet diſciplinā cū in tribulatōib⁹ pa
tiētiā donat. Docet ſciaʒ Hie. vide/
licʒ vt diſcretioneʒ habeat ⁊ ſciat diſ
cernere inter bonū ⁊ malū: int̄ vitā ⁊
mortē: int̄ corp⁹ et aīam Caſ. Sʒ ali
ter de⁹ docet: alit̄ magiſter humanus
Ille verba ꝓmit: ſʒ intellectū nō pōt
eaꝝ rerū preſtare q̄ precipit De⁹ aūt
pus coꝛ illuminat: vt in intellectū ele
ctoꝝ ei⁹ verba deſcēdant Sequit̄ Qꝛ
mādatis tuis credidi ea opē ꝯplēdo
Ni. et qꝛ int̄ dei bn̄ficia ad aīam pti
nentia nō ſolū eſt collatio grē: ſʒ etiā
correctio culpe. ſine q̄ nō trāſit pn̄s
vita Ideo ſubdit Prius q̄ꝫ humili/
arer p tuā correctōeʒ ego deliq̄ in
currēdo culpā ꝓpterea eloquiū tuū
cuſtodiui ex diuina ei correctiōe ex/
perit̄ hō q̄ntū bonū ſit deo obedire
Bon⁹ es tu gr̄am ꝯferendo Et qꝛ
bonū eſt ſui ipſi⁹ diffuſiuū Ideo ſub
dit ⁊ in bonitate tua doce me iuſti/
ficatōes tuas bonitatē tuā mihi cō/
municādo Caſ. Cōſeq̄nt̄ petit boni
tatis auxiliū vt iuſtificatiōes dn̄i q̄s
lectōe didiceꝛat: ī ſuo certāīne declara
ret. vn̄ ſbdit Ni. Multiplicata ē ſuꝑ
me iniq̄tas ſupboꝝ i. demonū me
conātiū īpellere ad pc̄m ego aūt in
toto corde meo videlʒ intellectu et
affectu Hie. ſcrutaboꝛ mādata tua
ꝯſolatione reqrens in eis vt ſic eua
dā coꝝ tentamenta Coagulatū ē ſi/
cut lac coꝛ eoꝝ p tentamēta Ni. i.
malicia ꝯpreſſū: qꝛ ſpūs maligni ſt̄ in
malicia obſtinati ego vero legē tuā
meditat⁹ ſuʒ Caſſ. ad facil⁹ eis reſi
ſtēdū: vt eoꝝ crudelis obſtinatio pia
ꝑſeuerātia vinceret̄ Ni. Bonū mi/
hi dn̄e: qꝛ humiliaſti me i. q̄ p inſul
tus ⁊ tentatōes demonū dediſti mihi
cognitōeʒ fragilitatis mee: ne ex do/
nis tuis caderē in ſupbiam Hoc mō
dicebat paul⁹. ij. ad Choꝛ. xij. Ne ma
gnitudo reuelationū extollat me: da
tus eſt mihi ſtimul⁹ carnis mee ange
lus ſathane q̄ me colaphizet. Ergo
ad hoc ꝑmiſiſti me tentari vt diſcaʒ
iuſtificatōes tuas i. vt facerē q̄ do/
cuiſti Et qꝛ experimēto ꝓprie fragi
litatis mouet̄ hō magis ad diſcēdum
artē defendendi ſe ꝯtra impugnatio/
nē demonū q̄ habet̄ p vet⁹ ⁊ nouum
teſtamētū: ideo ſubdit̄ Bonuʒ mihi
lex oris tui qꝛ decē precepta decalo/
gi locut⁹ ē deus in mōte ſynai p an/
gelū pſonā dei repreſentātē Et legeʒ
euāgelij locut⁹ ē nobis p filiū in car/
ne apparentē. ſm q̄ dī ad heb. i. No/
uiſſime locut⁹ eſt nobis in filio. quem
ꝯſtituit heredē vniuerſoꝝ Seqtur
ſup milia auri ⁊ argēti i. ſup oēs
mūdi diuitias: quia tāto ſpūalia exce/
dūt tpalia: quāto illa que ſunt anime
corporalib⁹ preferuntur Hu. Vnde
in gloſa dicitur Pl⁹ diligit charitas
legē dei q̄ꝫ cupiditas milia auri ⁊ ar/
genti

## Manus tue do-
mine Ioth Seqtur capitu
lū x. cui preponit̄ decima lr̄a videlicʒ
Ioth q̄ interpretat̄ pncipiū Vnde fi
delis popul⁹ pncipiuʒ ſue creationis
rememorans. petit illuminationē in/
tellectus ſui dicens Aug.

Man⁹ tue i. dei virt⁹ ⁊ dī ſapien
tia. videlʒ chr̄s dn̄s fecerūt me
ſm animā ad imaginē tuaʒ ⁊ plaſ/
mauerūt me ſm corp⁹ Ni. in ſtatu/
ra recta ad videndū deū: vt videlicʒ
hō ex figura corporis quodāmodo
doceat̄ ꝯtēplari ⁊ amare celeſtia. vn̄
poeta dicit Os hoī ſublime dedit ce/
lū q̄ꝫ videre Iuſſit ⁊ erectos ad ſide
ra tollere vult⁹ Et ſimilit̄ cū q̄reret̄
ab Empedocle cur viueret? Rn̄dit.
vt aſtra aſpiciā: ſbtrahe celū null⁹ ero
Sequit̄ da mihi ītellēct. h̄ ē: eleuas

tionem et illuminationē intellect⁹ ad
te cognoſcendū ⁊ amādū Aīa aūt hu
mana ad imaginē dei creata capax eſt
ipſi⁹ ꝑ cognitionē ⁊ amorē Et decla
rat ꝙ ſine petit itellectū di. ut diſcā
mādata tua ipſa intelligendo ⁊ ope
ꝯplēdo Caſ. Petit ergo popul⁹ fi
delis intellectū: vt quē Adā ꝑ inobe
dientiā ꝑdiderat: idē popul⁹ ꝑ deuo
tiōis obſeqa mereret̄ Nic. Qui ti
mēt te timore filiali videbūt me et
letabūtur qꝛ charitas gaudere facit
de bono ꝓximi qꝛ in ꝟba tua Ꝟu.
id ē in ꝓmiſſiōe verboꝝ tuoꝝ ſup
ſperaui qꝛ pl⁹ daturus es iuſtis tuis
ꝙ ꝓmiſiſti Sēſus talis ē Qui timēt
te: videbūt iuſtū: ⁊ letabunt̄. qꝛ inde
eis ē letitia: qꝛ viderūt bona oꝑa tua
Ambro. Eſt enī inſitū bonis vt affe
ctu pio caſtū pudic⁹: ſapiēs prudentē
miſericors liberalem diligat: ⁊ virtu
tes ſuas ī aliīs amet Pleriſqꝫ eī iuſti
aſpect⁹: admonitio correctōis ē: ꝑfe
ctiōib⁹ vero letitia eſt Magna eniꝫ
virt⁹ eſt in oculis: qꝺ apparet in natu
ralib⁹ Baſiliſc⁹ vero (ſi qꝺcunqꝫ aīal
viderit prior) hoc ſuo viſu fert̄ occi
dere Ipſe ꝙꝫ ſerpens dicit̄ mori: ſi fu
erit hoīs ꝑuent⁹ aſpectu Ergo ſi tā
ta virt⁹ eſt in oculis ſerpētis vel in
oculis hoīs: vt ſi alter alteꝝ ꝑor vi
derit: poſſit occidere Nunqd ē virt⁹
in oculis iuſti ꝗ eſt replet⁹ virtutis
grā? Sꝫ ꝗ videt iuſtū debet ſcire qd
videat: nō illū videt in corpore: nō in
veſtimēto: nō in patrimonio: non in
vultu: ſꝫ int⁹ videt: qꝛ nō illum videt
niſi ei⁹ viderit mentē: niſi ei⁹ ſermo
nē intēderit: niſi ſenſus illi⁹ potuerit
ꝯprehēdere ⁊ ſapiētiā de tractatu ei⁹
aſſumē. Tūc igit̄ labit̄ cū iſta ꝑſpexe
rit ⁊ cognouerit ea Ni. Et qꝛ hoīes
aliqñ ex fragilitate humana cōmittūt
aliq ꝓpter ꝗ a deo puniunt̄ in hac vi
ta, ne poſtea graui⁹ puniant̄: ſicut pꝫ

iiij. Re. xiij. de viro dei ꝗ ſeduct⁹ a fal
ſo ꝓpheta in bethel rediīt ꝓpter qꝺ a
leone occiſus fuit. tñ leo cadauer ei⁹
nō tetigit: ſꝫ ſeruauit ad oſtendēduꝫ
pctm̄ ei⁹ illa pena deletum: ⁊ in aliīs
actib⁹ vite ſue ei⁹ meritū Ideo ſub
dit̄ Cognoui dn̄e. i. expertus ſum
etiā in paſſionib⁹ meis qꝛ eqtas iudi
cia tua qb⁹ punis: licꝫ ipſa aliqñ ſint
occulta ⁊ ī veritate tua. i. iuſte hu
miliaſti me ꝑ tua flagella Fiat mīa
in pctōꝝ meoꝝ deletiōe vt ꝯſolet̄
me de ſpe vite eterne ſcḋm eloquiuꝫ
tuū ſeruo tuo Caſſ. i. ſcḋm illā ꝓmiſſi
onē ꝗ reſpondet̄ in euangelio ſe tri
bulatos relicturū minime in paſſioni
bus Ni. Veniant mihi miſeratōes
tue ⁊ viuā vita gratie in preſenti: ⁊
vita glorie in futuro qꝛ lex tua medi
tatio mea eſt que qdē meditatio eſt
diſpoſitio ad gratiā habendā: ⁊ habi
tā augmentādā Et qꝛ ex profectu bo
norū: cauſat̄ ꝯfuſio demonū Ideo ſb
ditur Confundant̄ ſuꝑbi. i. ſpūs
maligni qui de celo ꝓpter ſuā ſuꝑbiā
ſunt deiecti qꝛ iniuſte iniquitatē fe
cerunt in me Licet enī demones iu
ſte a deo ꝑmittant̄ nos tentare: tñ po
teſtate ſibi ꝯceſſa vtuntur iniqua vo
luntate ego aūt exercebor in manda
tis tuis qꝛ qnto hō ſentit ſe a demo
nibus plus tentari: tanto magis de
bet in bonis operib⁹ exerceri Et qꝛ ī
pugna contra demones indiget hō
ſuffragiīs bonoꝝ Ideo ſubdit Con
uertantur mihi id eſt ad auxilium
meum timentes te timore filiali
et qui nouerunt teſtimonia tua in
telligendo et operando precepta tua
Et quia per bonum exercitium puri
ficatur cor humanum. Ideo ſubdit
Fiat cor meum immaculatum in
iuſtificationibus tuis: vt non confun
dar in preſenti per lapſum culpe.
et in futuro per lapſum in foueam

gehenne Ambro. Que ãt ſunt iuſti
ficatõẽs? Audi ꝓphetã dicentez Dic
iniqtates tuas vt iuſtificeris Ergo
qui iniqtates dicit iuſtificat. q ãũt iu
ſtificat: nõ ↄfundit. qꝛ pudorẽ pc̃tõꝝ
matura ↄfeſſiõe perimit

# Defecit in ſalu-

tare Caph Sequit capitu
lũ xi. cui ꝑponit xi. littera ſcꝫ Caph.
q̃ interpͣtat incuruati ſunt Hu. In
curuãt fideles velint nolint ꝑ hec in
fima q̃diu in hoc corpore detinentur
qđ corrũpit ꝛ aggrauat aĩam. mens
tñ eoꝝ ad ſupna rapit: cũ in amore ac
cendit ↄtẽplationis diuini. de qua cõ
ſequenter ſubdit dicens

Defecit Ni. Circa qđ ſciendũ
ꝙ q̃nto plꝰ anima inꝰ ↄtemplatiõe ele
uat: tanto magis ab occupatõe exte
rioꝝ ſenſuum retrahit Et qñ ↄtẽpla
tio multũ intẽdit: ſenſus exterioꝛ
ab actu ſuo ceſſat ꝛ impedit: vt patꝫ
ĩ raptu: ꝛ ſic aĩa quodãmodo deficit
in q̃ntũ ceſſat ab actu exteriori: abſoꝛ
pta in cõtẽplatõe ſummi boni ꝛ de
lectatõe ſequẽti: ꝛ hoc ẽ qđ dicit Def
fecit in ſalutare tuũ aĩa mea qꝛ talis
defectꝰ eſt ſalutaris Gre. iiij. morali.
Nã quo qſqꝫ robuſtiꝰ et na appetit: eo
a tpalibus ſalubri defectione laſſatur
Ambro. Deficere enim eſt migrare
vnuſquẽqꝫ totis ſtudijs ad id qđ dili
git Illud enĩ cõgitat: illi adheret: il
lud ꝑſonat: illud in mentis gremio fo
uet: in id q̃dã defectione trãſfunditur.
et hoc ſolũ timet ne illud poſſit amit
tere Attollat igit aĩa nr̃a deficiẽs ſu
is viribus vt adhereat ſummo bono
chr̃o ſalutari nr̃o: ꝑ qđ fiet eternalit
beata Sequit Ni. Et in verbũ tuũ
ſupſperaui quo ꝓmiſiſti vitã beatã
Quãto enĩ qs in ↄtẽplatione eleua
tur: tãto magis de veritate huiꝰ pro
miſſiõis certificat Defecerunt ocu
li mei in eloquiũ tuũ qꝛ q̃nto oculi i
teriores aĩe plus eleuant in deũ: tan
tõ magis diuinã bonitatem percipi
unt ꝛ veritatem: q in ſacra ſcriptura
diuinis eloquijs exprimunt tranſcẽ
dere in infinitũ: ꝛ ꝑ ↄſequens accen
ditur eius deſideriũ ad vidẽdũ deũ
ĩmediate atqꝫ eo fruẽdũ Ideo ſubdi
tur dicẽtes. qñ ↄſolaberis me? in ꝑ
fecta beatitudine. Et qꝛ ex tali eleua
tione ad diuina reddit hõ q̃ſi inſenſi
bilis circa exteriora agibilia Ideo ſb
dit Quia factꝰ ſum ſicut vter ĩ pru
na Vter enĩ in pruina derelictꝰ vi
detur nõ applicabilis vltra humanis
vſibꝰ: ꝛ hoĩes excellent contemplati
ui reputãtur in agibilibꝰ ꝛ politicis
id ẽ actibꝰ mũdanis: quaſi ſtolidi Vñ
et iiij. Re. ix. Principes exercitꝰ qui
erãt cum hyeu dixerũt de ꝓpheta qui
venerat ad eũ inungendũ. Quid ve
nit inſanꝰ iſte ad te? Et in figura huiꝰ
facies moyſi apparuit cornuta: ex col
locutõe dñi. vt habet Exod. xxxiiij.
Excellent ergo ↄtẽplatiui ab hoĩbꝰ
mũdanis reputant fatui. et tñ ſm ve
ritatẽ ſunt ſapientiſſimi. qꝛ ſapientia
ↄſiſtit ꝓprie in ↄtemplatiõe pme cau
ſe: nõ ſolũ ſm ſactos: ſꝫ etiã ſm phõs
vt habet. i. metaph. Et qꝛ excellent
ↄtemplatiuis vita pͥſens vertitur in
tedium Ideo ſubditur Quot ſunt
dies ſerui tui id ẽ: q̃diu retardaboꝛ
a beatitudine celeſti Hoc modo dice
bat Paulus ad philipp. i. Deſideriũ
habeo diſſolui et eſſe cum chriſto Q̃n
do facies de perſequentibus me iu
dicium id eſt de diabolo cum mini
ſtris ſuis indeſinenter tentantibus
me: Extremum enim iudiciũ in quo
demones generis humani perſecu
tores detrudentur in infernũ: a ſan
ctis: et maxime a contemplatiuis ho
minibus deſideratur. quia tunc vita
contemplatiua nunc inchoata con

ſummabiẗ Vñ dicit Aug⁹. ſup Joħ.
expones illð. Sic eñ volo manẽ do/
nec veniã .i. ichoata ↄtẽplatio manet
donec veniã: tũc pficienda: cũ venero
ſcʒ ad iudiciũ. Cõſeqnẗ ſubiũgit ð im
pedimẽto ſuauitatis q̃ ẽ in ↄtẽplati/
one di. Narrauerũt mihi iniq̃ fabu/
latões .q̃ nullã ptinẽt veritatem ſeu
vtilitatẽ. ſʒ nõ vt lex tua . q̃ nullam
falſitatẽ ptinẽ pt. cũ ſit a pma vẽitate
deriuata Jõ ſubdiẗ Omnia mãdata
tua veritas .infallibilis Caſ. iniq̃.
ſcʒ heretici ⁊ pfidi pſecuti ſunt me.
iubẽdo puerſa. aut falſa ſuadẽdo Jd
circo adiuua me. vt poſſiʒ coꝝ pſua
ſionẽ ſuperare Paulomin⁹ Hu. i.
fere. ↄſummauerũt me in tra . q̃ſi di/
cat Fere ad nihilũ redegerũt me: ſed
tñ nõ ex toto: qꝛ ego aũt nõ dereliq̃
mãdata tua. Et qꝛ hoc nõ pceſſit ex
virtute humana: ſʒ ex bonitate dina
magis Jdeo ſbdiẗ Secũdũ miãz tu
am viuifica me. in vita etna: vbi ſci
nulla ↄtrarietate pulſanẗ. ⁊ cuſtodiã
vſqʒ in finẽ vite Ni. teſtimonia
oris tui. videlʒ p̃cepta decalogi: aut
verba ſci euãgelij q̃ pprio ore ↄtuliſti

# In eternũ do.

Lamech Jncipit caplm xij.
cui p̃ponit lr̃a xij. Lamech q̃ inẗpre
taẗ coꝛ Jn hoc caplo fidelis populus
coꝛ i dñi mãdata ↄſtituẽs: aſſerit ver
bũ dñi neq̃q̃ʒ habere tminũ di.

In etnũ dñe verbũ tuũ pmanet i ce/
lo. Hu. Hoc de angelis diciẗ qꝛ i ce
lo pmanet verbũ dei in eternũ. qꝛ iam
nihil poſſunt facere aut velle niſi qð
de⁹ oꝛdinat ⁊ vult. Vñ vt nos eius
volũtatẽ oĩo faciam⁹ ſic petim⁹ Fiat
volũtas tua ſicut in celo ⁊ in terra. vt
ſcʒ ſicut angeli ſunt ↄformes in celo
volũtati diuine: ita ſint ⁊ hoĩes i tra
Poſt celũ vero terrã intuẽs ſubdit.
